



## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Honore, Dignis Vel Indignis, Jvste Vel Invste, Deo  
Semper Jvstissimo, Dato, Negato, Violato**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1650**

§. 9. Ad gloriam omnes, sed non omnes ad veram aspirare.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48689](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-48689)

## §. IX.

*Ad gloriamq; omnes, sed non omnes ad veram  
aspirare.*

5. Ad beatitudinem omnes nati sumus,  
ad quam & aspiramus ; sed non omnes ad  
veram. Hinc qui vel ignorant, vel non cu-  
rant veram ; falsa contenti sunt, ad quam

Rom. i. avidissimè anhelant. Propter quod tradidit

<sup>24</sup> Ibid. v. 21. illos Deus in desideria cordis eorum. Quia cùm  
cognouissent Deum, non sicut Deum glorificau-  
runt, aut gratias egerunt : sed euauerunt in  
cogitationibus suis, & obscuratum est inspiens  
cor eorum : dicentes enim, se esse sapienti, stulti

Plin.lib. 3. facti sunt. Quàm stulti ? vt scriberent: Aliu-  
ep. 3. alium, ego beatissimum existimo, qui bona man-  
suræ famæ præsumptione perfruitur, certusq;  
posteritatis cum futura gloria viuit, ac nihil nisi  
præmiū aeternitatis ante oculos, pingue illud al-  
tumq; otium placet. Etenim omnes homines ar-  
bitror oportere aut immortalitatem suam, aut  
mortalitatem cogitare. Et illos quidem contem-  
dere, & non remitti. Tum hos quiescere, nec  
breuem vitam caducis laboribus fatigare (vt vi-  
deo multos) misera simul & ingratia imagine in-

Ibid. ep.  
19. dustria ad mortalitatem sui peruenire. Et. Om-  
nes ego qui magnum aliquod memorandumq;  
fecerunt, non modò venia, verùm etiam laude  
dignissi-

quam bonis honores obueniant?

251

dignissimos iudico, si immortalitatem quam meruere sectantur: victuriq; nominis famam, supremis etiam titulis prorogare nituntur.

§. X.

*Vanitas eorum, qui nomina sua omnibus operibus incident.*

Ita loquitur Gentilis, atque ij, qui quodam veluti rudimento delirijs tenentur, & vel gentilitia insignia, vel nomina sua vbiq; aut affigunt, aut ascribunt, ad honorificam operis à se facti recordationem. Quod et si subinde necesse sit, ut in libris praesertim ad cauendas imposturas ( quamuis etiam doctissimus author, qui se *Idiotam* præ modestia vocat, nomen suum suppressit ) aut etiam in quibusdam alijs rebus, quibus artificis nomen addit pretium & authoritatem; tamen planè plurimorum nimia est sitis, studiumque omne ( ut in Traianum iocabatur *Constantinus Magnus*, apud Aurelium Victorem ) in eo locatur, ut quasi parietariæ muris omnibus adhærescant; adeò, ut si aliter non possint, vel creta, vel carbone, vel rubrica nomen suum omnibus muris impingant. Et fui in vico, vbi mihi magnæ dignitatis Dominus patibulum ostendit lignum recens erectum, in quod rustici senatores